



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla XXII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

REGVLA XXI:

**A**CTOR tenetur sequi forum rei: Ita probat text. in l. iuris ordi-  
nem. C. de iurisd. om. iud. in l. in criminali, eod. tit. in l. si. vbi in rem  
actio. de iure Cano. tex. in c. cum sit generale, de foro comp. & in c.  
si clericus laic. m. eo. ti. facit etiam tex. in l. iij. in prin. ff. de alie. iud.  
mut. cau. facti. ibi. quia si cum eo qui alterius prouincie est experiar,  
in illius prouincia experiri debeo.

Hanc regulam limitat octo modis Barth. Soc. in reg. x. vndecim  
modis limitat Maria. Soc. in d. c. cu sit generale, a nu. 8. vsque ad nu.  
18. de iure nostro Regio limitatur hec reg. 14. modis, vt in l. xxxij.  
tit. 2. par. 3. & in l. iij. tit. iij. ea. par. & in si. Bartho. Soci. ponit mira-  
bilē cautelā per quam fere nunquam actor sequeretur forum rei.

Amplia hanc reg. vltra eos duobus modis, vt per Alex. Lofeū in  
d. l. iuris ordinem, in nu. 8. vbi etiam ponit alias tres limitationes.

Limita etiam quinquaginta & duobus modis, vt per Specu. in tit.  
de compe. iudi. adit. in §. generaliter, nu. 1. cum seq.

REGVLA XXII.

*l. 23. C. de bal  
actor 6. p. 5.*

**A**CTOR non probante reus debet absolui: Ita pbat tex. in l. q̄  
accusare, C. de eden. De iure Regio. tex. in l. cccix. tit. 2. par. 3. & in  
l. j. ti. vj. l. ij. fori: etiam si reus nihil p̄stet p̄bationis vel defensionis.

Hanc reg. ampliat 2. modis & limitat quindecim modis Hyppola-  
de Marfil. in l. de minore, in §. tormenta. ff. de questio. vltra quas li-  
mitationes, vide alias per Fran. Purpur. in d. l. qui accusare. a num. 8.  
vsque ad finem, vbi notabiliter declarat materiam huius regulę.

REGVLA XXIII.

**A**TTESTATIONES testium licet sint inualidę, de consensu  
tamen partium conualidari possunt. Hanc Regulam ponit Bal. per  
tex. ibi in l. si. nu. 1. C. de testi. glo. in c. cum causam que inter Archie-  
piscopum, eo. tit. de testi.

Limita primo, nisi testes fuissent recepti ante litem contestatam, et  
sic in casu non permisso: quia regulariter non possunt recipi testes litem  
non contestata, vt per totum, vt lite non contestata, nam tunc tales  
attestationes inualidę non possunt conualidari de consensu partium:  
Ita concludit Bal. in l. j. ff. de fori. & in auth. si quis in aliquo, C. de  
eden. Ratio est, quia litem contestatio, & similes actus, qui sunt de  
substantialibus iudicij, non possunt tolli consensu partium: ita nota-  
biliter concludit glo. in c. de causis, de offic. deleg. & sic iste defectus  
non potest suppleri consensu partium: alias autem secus, scilicet si tes-  
tes non iurati deposuissent: nam tunc licet eorum dicta sint inualida,  
possunt tamen conualidari partium consensu: & ita debet intelligi  
glo. in d. c. cum causa.

Secundo